


CATALOGVS
PRAELECTIONVM
PVBLICARVM ET PRIVATARVM
IN
ACADEMIA FRIDERICIANA
B V E T Z O V I E N S I
P E R A E S T A T E M
A. c I o I o c C L X X I I I .
HABENDARVM.



B V E T Z O V I I
TYPIS IOANN. GOTTH. FRITZII, SEREN. DVC. AVL.
ET ACADEM. TYPOGR.

CATALOGUE
MUSEUM OF NATURAL HISTORY

PUBLICARUM ET PRIVATARUM

ABELEMI A. BIBLIOGRAFIA

1234567890

atmospheric

NUVRAKOMIYAH

и входит в состав топки.

with anti-unionism

此即《水經》所載。

Journal of Health Politics, Policy and Law, Vol. 27, No. 4, December 2002
Copyright © 2002 by The University of Chicago



LECTIONES THEOLOGORVM.

D. CHRISTIANUS ALBERTUS DOEDERLEIN, SS. Th.
P. P. O. & Consist. Ducal. Consul. adjuvante divina gratia præle-
get THEOLOGIAM DOGMATICAM duce b. Baiero. Cum
hac conjunget THEOLOGIAM POLEMICAM ducu compen-
dii Baumgarteniani, ea quidem ratione, ut quemvis articulum
dogmatice pertractatum continuo separata hora subsequantur
disquisitiones eo pertinentes *antitheticae*. THEOLOGIÆ MO-
RALIS, absoluta superiori semestri parte priori, tradet *partem*
posteriorem. Prælectiones EXEGETICAS in libros N. T. con-
tinuabit.

D. FRIDERICUS MAXIMILIANUS MAURITII, S. S.
Theol. P. P. O. & Consist. Duc. Consul. auxilio diuino fretus per
hoc semestre aestiuum *Theologiam dogmaticam* continuabit; in
Pericopas euangelicas ita commentabitur, vt simul ostendat,
quomodo illae in concionibus sacris tractandae sint; praeterea
ita perget in tradendis *præceptis homileticis & catecheticis*, vt,
quomodo haec ad usum transferenda sint, doceat, & varias *ex-
ercitationes* ad comparandam dexteritatem accommodatas insti-
tuat.

* 2

D.

D. FERDINANDUS AMBROSIUS FIDLER, S.S. Theologiz P.P. Ord. & Consistorii Ducalis Consiliarius juvante Deo per hoc semestre praeleget 1) Historiam Ecclesiasticam; 2) Theologiam Polemicam; 3) Jus Canonicum; 4) Historiam Patrum Ecclesiarum; & 5) Eloquentiam sacram practicam. Horas in Tabela publica indicabit.

IVRISCONSVLTORVM.

ADOLPH. FRID. TRENDELENBURG, Dr. *Encyclopaediam iuris* & rationem in addiscendis singulis iurium partibus ritte seruandam docebit duce *Excell. SCHOTTIO*. Scholas *iuris civilis* ita instituet, vt recitationibus in Heineccii Institutiones superiori semestri absolutis, iam hoc semestri paelectiones in *Pandectas* iungit, horis quidem consuetis moreque in docendi ratione recepto, auctore vero ex auditorum desiderio, *Ill. HELFELDIO* electo. Caeterum iis, qui sua voce vti cupiunt in qua alia iuris nostri parte, electionem dabit, vtrum *ius germanicum*, quod per hiemem, quae habitur, docuit, iterum duce *Ill. & Gen. DE SELCHOW*, an *ius feodorum* ex libello *Perill. BOEHMERI* sibi exponi malint. Qui ad praxin artis nostrae proprius accedere volunt, iis aut in tradendis tantum *regulis*, secundum quas in *foro*, aut in negotiis extra iudicium rite expediendis procedi debet, aut in ipsa harum regularum applicatione tentanda auctorem se paebebit. *Examinum* quoque & *disputationum* exercitia instituenda lubens diriget, insigniterque laetabitur, si qui sunt, qui *CICERONIS* lectioni se auctore instituendae, vti per hiemem a multis factum est, per aestatem quoque quid otii litterariorum consecrare velint.

JOHANNES MATTHIAS MARTINI, I. V. D. & P. P. O. commilitonibus suis paelections offert sequentes proximo abhinc semestri aestivo absolvendas. Docere scilicet vult.

1) historiam iuris uniuersi per Germaniam obtinentis hora 7-8.

2) institutiones iuris hora 11-12.

3) ius

- 3) ius mecklenburgicum tam civile quam criminale hora 8 - 9.
denique non deerit illis, qui
 - 4) collegio examinatorio institutionali interesse cupiunt ho-
ra 10 - 11.
- Annuat coeptis numen supremum.

EOB. TOZIVS, Iur. Publ. P. P. O. SERENISS. DUC.
REGN. Consil. Aul. docebit Ius Publicum S. R. I. secundum Ill.
PUTTERI Institutiones. Horam e tabula publica indicabit.

IOANNES CHRISTIANUS QUISTORP, D. & P.P.O.
Praelectionibus Pandectarum & Iuris Criminalis ad finem perdu-
ctis proximo semestri aestiuo tradet

- 1) *Ius Ecclesiasticum Protestantium, tam publicum, quam pri-
uatum, quod in Germania obtinet, & quidem quoad gene-
ralia principia ad Ductum Compendii sui, cuius titulus est:
Principia Iurisprudentiae Ecclesiasticae Germanicae, ma-
xime Protestantium Rost. 1771, quoad specialia autem
secundum principia Iuris Canonici b. Kahlii.*
- 2) *Institutiones Iuris civilis, Duce Heineccio in Elementis Iuris
Civilis secundum Ordinem Institutionum.*
- 3) *Ius feudale Longobardicum & in specie Mecklenburgicum
ad Wolfi Elementa Iuris feudorum.*
Insuper quoque in aliis Iurisprudentiae partibus manuductionem
libenter offert.

MEDICORVM.

GEORG. CHRISTOPH. DETHARDING, Facult. Med. Se-
nior, finitis Praelectionibus publicis Therapiam specialem con-
cernentibus, Medicinam sic dictam forensem docebit, & si in
aliis artis Medicæ partibus institutiones suas desideraverint Phili-
atri, horum exspectationi libenter satisfaciet.

* 3 D.

D. AUGUSTUS SCHAAARSCHMIDT, P. P. O. & Sereniss.
*Duc. Consil. Aulicus per semestre aestivum privatim
Antropologiam*, usurus Compendio D. Loeske docebit hor.
IX - X.

Dogmata Chirurgiæ theoretico-practicæ, comite cel. Dn. Pal-
las, tradet. hor. X - XI.

Publice autem diebus Mercurii & Saturni morbos venereos ad
ductum libri sui: *Kurzer Unterricht von den venerischen Krank-
heiten*, explicabit hor. II - III.

PHILOSOPHORVM.

ANG. IO. DAN. AEPINVS, Philos. P. P. O. & SERENISS.
DVCI a Consil. Aul. ob negotia clementissime sibi demandata
absens, hoc semestri laboribus academicis vacare adhuc impedi-
tur, ad quos tamen, quamprimum fieri poterit, redibit.

M. WENCESLAUS IOHANNES GUSTAVIUS KAR-
STEN, Phil. D. & Matheſeos Prof. P. O. hora consueta explica-
bit Partem I. libri ab ipso editi: *Lehrbegriff der gesammten Ma-
thematick: præterea lectiones Matheſeos Adplicatæ præunte
Kæſtnero continuabit*. His addet lectiones theoretico-practicæ
Perſpectivæ, seu Scientiæ delineandi objecta quælibet in tabula,
qualia ad datam distantiam & in data altitudine oculo apparent
in tabula transparente, inter oculum & objecta sive perpendicu-
lariter sive oblique erēcta.

EOB. TOZIVS, Hist. P. P. O. historiam Regnum & Re-
rum publicarum Europæ, hora Xma tradet ad filium Compen-
dii Achenwalliani: *Geschichte der heutigen vornehmsten Europäi-
schen Staaten im Grundriffe*.

OLAVS GERARDVS TYCHSEN, Litteraturae orient.
P. P. O. & Bibliothecæ publicæ praefectus, b. c. D.
h. VIII. cursorias lectiones in Pentateuchum ita instituet, vt
tam

tam antiquas, quam recentiores cum textū authenticō in locis nodosis contendat translationes.

h. IX. Fundamenta linguae hebraeae duce Danzio sternet.

h. XI. In explicando nouo foedere arabice verso perget.

h. IV. Diplomaticam orientalem iis, qui sapere audent, lumbenti animo tradet, ad reliquas, quae sui muneric sunt, disciplinas docendas, si quae expetantur, paratus quam quod paratisimus.

IO. NIC. TETENS, Phys. Pr. P. O. *Logicam & Metaphysicam* docebit, commentaturus ad cel. FEDERI compendium; *Physicam* quoque, expositurus ill. SEGNERI Introductionem in *Physicam*.

SAMUEL SIMON WITTE, J. N. & G. Prof. P. O. duce *Waldino Logicam*, praelucente vero *Darjesio Jus Naturae, Jus Sociale & Ethicam* horis partim consuetis, partim e tabula publica significandis explicabit.

DOCTORVM PRIVATORVM.

NICOLAVS GEORGIVS BERNHARDVS DE LOEWENSTERN, I. V. D. per instans semestre iuuante diuina gratia publice hora I - II. p. m. diebus Merc. & Sabb. *hermeneuticam juris* ad theses nonnulas calamo excipiendas, aut loco illius, Perill. PUETTERI *ius principum priuatum*; diebus vero quatuor hebdomadis reliquis Perill. L. B. DE SENCKENBERG vorläufige Einleitung zu der ganzen in Deutschland üblichen Rechtsgesamtheit ex secunda editione Nördling. 1764. 8. interpretabitur. *Priuatim* autem h. VIII - IX. *Processum amborum tribunalium Imperii* ex Perill. PVETTERI epitome, h. IX - X. *Ius criminale* duce Ill. MEISTERO, h. X - XI. *Ius germanicum priuatum* secundum elementa Ill. DE SELCHOW, h. XI - XII. *Ius feodale* praeeunte Perill. BOEHMERO & h. II - III. *historiam iuris universi* ex libro Ill. DE SELCHOW sermone theodisco diuulgato docebit.

IOAN.

IOAN. GVIL. CREMER, I. V. D. & LL. OO. L. P. in linguis Gallica, Italica, Anglica & Hispanica addiscendis generosissimis nobilissimisque Commilitonibus vocem suam offert & institutionem. In preelectionibus, quas b. c. D. habiturus est, iuridicis 1) ex Perill. D. Nettelbladt Initii Historiae litterariae iuridicae Historiam litterariam iuridicam tradere, 2) Eiusdem Introductionem in iurisprudentiam positiuam Germanorum communem explicare, 3) Ius Lubecense praelucente Celeb. D. Steinio in libro, cui titulus: *Einleitung zur Lübschen Rechtsgelehrsamkeit*, itemque 4) Ius feudale ex Perill. D. Bochmeri Principiis Iuris feudalis docere, si ex generosissimis ac suauissimis Commilitonibus sunt, qui ipsius opera & voce vti cupiunt, constituit. Horas his preelectionibus tribuendis in tabula publica significabit.



Qui praeterea corporis exercitiis operam nauare cupiunt,
magistros quoque habent artium eo pertinentium peritisimos.

P. P. Buetzovii ante Festum Paschatos A. MDCCLXXIII.

